



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXVIII. Prestaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

## XXVIII. PRESTARIA.

**I**N Christo filio illi, ille dono Dei  
rector & custos Ecclesiæ illius,  
quæ est constructa in pago illo, in  
loco qui dicitur ille. Omnibus non  
habetur incognitum, qualiter tu  
res proprietatis tuæ, tam infra ciui-  
tatem, quam & foras in ipso pago,  
in loco cuius vocabulum est ille, &  
ille, in iam dictis locis omnem rem  
tuam per tuam cessionem ad ipsam  
casam vel domum Dei, à die præ-  
sente delegasti. Postea ad petitio-  
nem tuam tibi non denegauimus,  
nisi ut ipsas res ad præstitum benefi-  
ciū tibi præstare deberemus. Quod  
ita & fecimus: sic taliter, ut tempo-  
re vitæ tuæ ipsas res per nostrum be-  
neficium habere, vel conditigere,  
siue usare debeas: & annis singulis  
in festiuitate sancti illius, censum ad  
lumen vel sacrificium solidos tan-

Q ij

tos per temet ipsum soluere facias:  
& nec nos ipsi, nec ullus de successoribus nostris, nec quislibet de parte nostra, ipsas res tempore vite tua,  
tibi abstrahere, nec minuere non  
debeamus. Et ut has litteras firmius  
post te retineas, manu propria sub-  
ter decreuimus adfirmare.

XXIX. N O T I T I A D E  
*homine forbatudo.*

**N**Otitia qualiter vel quib. praesentibus, veniens homo aliquis, nomine ille, in pago illo, in loco qui dicitur ille, in mallo publico, ante ipsum Comitem illum, vel alios bonos homines qui subterfirmauerunt posita manu sua super sacrum altarium sancti illius sic iuratus dixit: Hic iuro per hunc locum sanctum, & Deum altissimum, & virtutes sancti illius, quod homo aliquis nomine ille, ita factus, cum armis suis su-